

hac, inquam, ratione obligantur nam ut inquit Poncius *loc. cit.* in re tam necessaria, quam est fides, ex qua dependet vita aeterna, sufficit ad obligationem, aut quod non sit ratio dubitandi actu, licet possit esse, si quis effecteretur ad naturam motum, vel propositionem illam; aut quod si sit, non sit ratio, aut tam probabilis, quam ratio, ob quam movetur ad iudicandum, quod res creditibilis revelata sit a Deo; adhuc enim dicitur prudenter agere, si credit, & ob id obligatur ad credendum ob gravitatem materiae, de qua agitur, puer itaque, ac rusticus prudenter credit sine evidenti iudicio credibilis a parente, quod sit parochus, vel parochus, eo ipso quod rationem non habet dubitandi de opposito, vel si habet, non amen aequo probabilem, ac est illa, ex qua movetur ad credendum; Vnde non assensio Poncio dicensi quod si etiam esset equalis ratio dubitandi pro utraque parte, adhuc teneretur ad credendum, ne exponeretur periculo salutis perdenda; aut enim teneretur ad credendum, semper magis fide dignum apparere debet obiectum, quod credimus, quam oppositum aliquo credendo non prudenter ageremus, cum non sit maior ratio credendi hoc, quam oppositum. Hinc est, quod dum puer, & simpliciter proponitur credi a parente, vel Parocho, non sufficit qualibet simplex obiecti propositio, sed necessaria est prudens propositio, & consequenter prudens iudicium ad credendum, quod etiam in his personis dari potest sine evidenti materiali modo iam declarato; quare contingit saepe ex levitate propositio, ut nec illi credant fide divina, nec peccent non credendo; deoque curae debent parentes, & Parochi, cum proprios filios docent, ac idiotas, ut eis prudenter aliqua ratione, quantum fieri potest, res fidei proponant, quae omnem dubitationem excludat saltem probabilem, ut v.g. quod a multis sanctissimis, & prudentissimis viris affirmatur, Deum revelasse, Incarnationem, ideoque prudenter esse creditibile, quod ita sit factum, & sic de aliis articulis.

Secundo obicitur, quia ad prudenter credendum res nostrae fidei non sufficit probabile iudicium, ergo necessarium esse debet evidenter probatur assumptum, quia illud iudicium non sufficit ad prudenter assensum fidei divinae, cum quo stare potest prudens dubitatio de veritate rei, quae fide divina credenda proponitur, sed cum probabilis iudicium creditibilem potest stare prudens dubitatio de veritate rei, quae quando res non est, tantum probabiliter creditibilis, eius oppositum proponi potest, ut eodem modo creditibile, cum probabilitas unius partis non excludat probabilitatem partis oppositae; quando vero utraque pars, aequaliter apparet creditibilis, prudenter de utriusque partis veritate dubitatur, nec potest unum de terminare, inquam vere firmiter ad hanc inreclle dicitur, sed assensus fidei divinae, talis est, ut sit omnino certus, & infallibilis, excludens omnem dubitationem, ac formidinem, ergo ad illud non sufficit probabile iudicium, creditibilitatis rerum credendarum, sed necessarium praeiudicium evidens.

Respondetur, argumentum probare duxerat, quod ut quis prudenter credat, & excoationem non habeat discutendi, non solum obiectum fidei debet apparere prudenter creditibile, sed etiam magis creditibile, quam oppositum; hoc autem contingere potest sine materiali evidenti talis creditibilitatis, sed solum cum maiori probabilitate obiecti creditibilis, si enim essent aequae probabilitate a motu, semper intellectus haberet formidinem de opposito, etiam si illi non assentiretur; quare semper debet apparere multo magis fide dignum obiectum, quod credimus, quam oppositum nostrae fidei non apparere magis creditibile, quam oppositum, non possemus cum tanta certitudine ei adhaerere, sicut ad divinam fidem requiritur. Dices, hanc maiorem probabilitatem non sufficere, ut voluntas imperare possit actum credendi certum, & infallibilem, qualis ad fidem divinam exigitur, sed omnino requiritur evidenti aequae maiori creditibilitate obiecti. Respondetur, quando hoc non sufficeret de se, tunc per divinam inspirationem, & vocationem internam posse compleri huiusmodi creditibilitatem, quantum sufficit ad certitudinem, & infallibilitatem assensus fidei, praeterquam in poesis, & idiotis.

Tertio obicitur ex illo Eccl. 19. quod cito creditis, levis est veritas, sed qui crediderit sine iudicio moraliter evidenti de revelatione rei creditibilis cito crederet; ergo esse levis corde. Confirmatur ex illo Ioan. 15. si opera non fecerint, quantumcumque alium fecerit, peccatum non habuerunt hoc est, non peccatum non credendo, ergo ut quis credere teneretur, debet revelatio rei creditibilis proponi cum evidenti saltem materiali, nam opera illa Christi non requirebantur ad hoc, ut inducerent obligationem credendi, nisi quatenus causaebant illam evidentiorem moraliter.

Respondetur negando maiorem, quatenim prudenter aliquid facit, non potest argui levitate cordis, iam autem ostensum est posse quantum prudenter credere; etiam sine materiali evidenti creditibilitate obiecti, dummodo habeat maiorem probabilitatem creditibilitatis eius, quam oppositum, hoc enim ipso iudicat oppositum non posse prudenter, & licite credi, maxime in

materia gravi, qualis est materia fidei, in qua immineat periculum perdenda salutis, si non credatur obiectum propositum, ut a Deo revelatum; & hoc etiam sufficit, ut sub peccato teneretur ad credendum, in mediis enim pro salute aeterna necessariis teneatur hoc, quod sunt credibilia sequi, quicquid sit in aliis materiis nullius momenti.

Ad Confirmationem negatur consequentia, quandoquidem sine tali evidenti possit adesse alia ratio sufficiens, ut obligemur ad credendum, ut ostensum est; Nec valet paritas de ludis assumpta, de quibus Christus loquitur *loc. cit.* cum enim eis proponeretur nova, & insolita contra communem sensum, & quae in constructionem veteris legis tendere videbantur, non tenebantur credere, nisi sua dicta confirmasset operibus illis, quibus ostendebat evidenter evidenter morali, quae ab ipso proponebantur esse vera, & a Deo revelata; Quae ratio, est, dixerimus simpliciter, & idiotis in gremio Iesuae existentibus non esse necessariam propositionem rei creditibilis semper cum evidenti materiali de eius creditibilitate addimus tamen talem evidenti, esse necessariam, ut quis aliterus scilicet contratur de novo ad fidem, & praesertim cum tali evidenti proponi debent mysteria fidei, ut integra aliquo modo contratur ad fidem, in qua praesertim facti viri docti, & eruditi, quia nimis nova dogmata, ac eis insolita proponuntur credenda, quae sunt proferuntur contra existimationem, quam prius habebant, ideoque proponi debent bene examinata, & cum omnimoda evidenti morali, & praesertim si in illa secta sint viri docti, qui talem propositionem, & evidenti creditibilitatis exigentis enim non illi proponeretur evidenter credenda mysteria nostrae fidei; alioquin evidenti scilicet simplicioris auctoritate, & rationibus impidiret non crederent, & ad fidem nostram converterentur.

QUESTIO UNDECIMA.

An assensus fidei eliciatur per discursum, vel solum per simplicem adhesionem ad primum verum in eum.

Hoc interest discriminis inter discursum, & simplicem adhesionem, quod discursus praeter primam veritatem, scilicet motum eiusdem, nititur etiam luminis naturali, vel supernaturali inferens unum ex alio, propter naturalem connexionem unius cum alio; simplex autem adhaesio solum nititur primae veritati, & testimonio eiusdem, tanquam integro obiecto formali assentiendi rei revelatae; unde lenius quatuor est, num fides assentiendi rebus revelatis per simplicem duntaxat adhesionem ad primam veritatem, an potius etiam per discursum. Et quia hic rursus duplex est, formalis aequae, quando nimirum ex praemissis realiter distinctis, inferitur conclusio per rationem illustrationem, in quo duplex intervencit assensus, alter, quo assentitur principio propter se, alter quo assentitur conclusioni propter se principium. Virtualis vero dicitur alter, & est quando unico actu assentitur obiecto conclusionis, & praemissarum, ut in unico actu dicatur *Petrus est visibilis, quia est homo*, non enim repugnat intellectum in plura obiecta subordinata tendere per unum indivisibilem actum, & ut constat ex lib. de Anima, unde virtualis discursus est unus, & simplex actus, se solo praetians, quod praesertim formalis discursus per duplicem actum. In praesenti non est quaevis de discursu virtuali, sed solum assensus ad mysteria fidei, unde assensus ad prima principia immediata, sed potius sint assensus mediatum, & propter aliud, necesse est fidem discutere discursu factum virtuali, ut verbi gratia, quando creditur Incarnationem, habere ad minus discursum hunc virtualiter, *Incarnatio facta est, quia Deus summi veritas id revelavit*; Quae ratio ergo est de discursu formali, an scilicet possit fides per actum etiam distinctos praemissarum, & conclusionis exercere hunc discursum formalem. Et quia rursus discursus formalis duplex est, alter ex propriis principiis, vel effectibus, alter ex sola dicentis auctoritate, hoc solo posteriori discursus est dubitatio, non de priori, quia certum est assensum fidei nunquam generari per discursum, qui sit ex propriis rei principiis, vel effectibus, siquidem formale obiectum fidei est auctoritas Dei revelantis, & ex illa sola pendet assensus fidei, quae est non autem ex propriis rei principiis, vel effectibus.

His praecipuis pro intelligentia quaestio, Prima sententia, quae communis est in Schola Thomistica, negat, assensum fidei posse per discursum formalem generari, ita Capreolus, Canus, Valencia, Torres, Suarez, Coninch, Caspense, Grandae. Amicus, Morandus, & alii Recentiores. Alia sententia, quae est communis in Schola Scotistica, & Nominalium, affirmat, actum fidei posse per formalem discursum fieri ex revelatione, & veritate Dei, pro qua citantur D. Bonav. Scotus, Ocham, Gabriel, Masilius, Durandus, Almainus, & sequuntur Recentiores quatuordecim, Valg. Becc. Hur. Ripalda, Arriaga, Lugo, Vulpes, & Poncius ex nostris, & alii Scotistici.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur Quaestio.

Discendum est, assensum fidei formalem generari posse per discursum, qui procedat a divina revelatione ad rem a Deo revelatam, itaque prius notum, vel talem natura generetur assensus divinae revelationis, quam assensus rei revelatae; licet hic discursus fidei non sit semper necessarius in quovis actu fidei, nisi virtualiter. Hec conclusio statuitur cum secunda sententia, & deducitur ex Scoti *quest. 5. prolog. artic. 3. & 3. dist. 24. quest. unica. §. ad propositum*, ubi licet in assensu fidei circa mysteria revelata negat discursum formalem ex propriis principiis vel effectibus deducit, qualis est discursus scientificus; non tamen negat discursum ex sola dicentis auctoritate, & quo unum verum sequatur ex alio; in quo discursus aut certitudinem de conclusionem non esse maiorem quam de principio, nec maiorem esse certitudinem de illo, quod sequitur, quam de illo, ex quo sequitur, quia utrumque sit nobis creditum.

Probat autem, quia quando creditur unum propter aliud, ex quo verum sequitur; possunt esse duo diversi assensus in intellectu, quorum unum sit via ad aliud; at in fide unum creditur propter aliud, nempe res revelata propter revelationem; ergo possunt esse duo diversi assensus, alter revelationis alter rei revelatae, & intellectus a priori potest progredi ad posteriorem, sive ordine temporis, sive ordine naturae, & causalitatis; Minor patet, probatur maior exemplo voluntatis, nam sicut quando diligenter unum propter aliud, voluntur esse diversi actus, quorum unus sit causa alterius, ut patet in volitione finis, & mediorum; sic intellectus potest eam in materia fidei assentiri uni propter aliud, & a veritate unius, tanquam obiecti formalis, moveri ad amplectendam veritatem alterius, tanquam obiecti materialis; & sic solus v.g. uno actu credere omnia, quae in Evangelio continentur, esse a Deo revelata; & alia, omnia illa esse vera propter divinam revelationem.

Confirmatur, quia in hoc casu intervencunt tres conditiones ad discursum, quae sunt ex dictis *dist. 1. & 2. Log. qu. 1.* prima nimirum, quod intellectus intelligat hoc post hoc; secunda quod intelligat per hoc, sed ex hoc, hoc est, per dependentiam unius ab alio in cognoscendo; tertia, quod diversis actibus concipiat antecedens, & consequens. Sed in obiecto fidei plures assentitur prius rationi formali quam materiali, & materialis assentitur propter formalem, nempe propter divinam revelationem, & hoc etiam distinctis actibus; ergo per discursum.

Respondent Thomista, negando nos prius assentiri rationi formali, deinde materiali, sed unum assensum utriusque simul, & licet assentiamur materiali propter formalem, hoc non ita intelligitur, quasi obiectum formale prius cognoscitur sit ratio assentiendi materiali posteriori; cognitio, sed ita quod utrumque simul per modum unius obiecti creditibilis attingatur, alterum ut ratio creditibilis, alterum ut ratio credenda, per eundem indivisibilem fidei assensum. Vnde quaevis in assensu fidei expressa, vel tacite possit fieri hic discursus, & intervenire ista propositio, quae dicitur *Deus dicit esse verum, Deus dicit esse trinum, & unum, ergo esse verum*; nihilominus assensus fidei non est illius conclusionis, ut deducit ex illis praemissis, sed quatenus simul cum illis attingitur eodem assensu per modum unius obiecti ob testimonium primae veritatis Deum revelasse se esse trinum, & unum, quae credimus hoc esse verum. Ex quo inferunt hic verum non intervenire discursum, quia in vero discursu ratio assentiendi conclusionis est assensus principiorum & differt a ratione, quae assentitur principiis, at in proposito de fide una, & eadem est ratio assentiendi mysterio revelato, & divinae revelationi, nempe auctoritas, & veritas Dei revelantis; Tum quia in vero discursu, cum assentiamur conclusioni propter praemissas, necesse est assentiri certius praemissis, quam conclusioni, quod non accidit in proposito, quia fides aequae credit quaeque credit, cum ex eodem motivo formalis omnia credat; Quae responsio videtur habere fundamentum in Scoti *loc. cit. 3. dist. 24. quest. unica. §. ad propositum* in fine, ubi inquit quod in materia de fide, si fides habet certitudinem de conclusione, non tamen maiorem, quam de principio, nec e contra quia cum principium non cognoscatur ex evidenti rei, aequae assentit omnibus, & singulis, quae dicuntur in canone, & nulli uno propter aliud; quia est unum posse fieri ex alio non habet tamen maiorem certitudinem de illo, quod sequitur, quam de illo, ex quo sequitur.

Hae tamen responsio multipliciter impugatur, Primo quidem, quia si vera est, non tantum destruit discursum formalem in materia fidei, sed etiam virtualem, quem ratiōem Adversarii quoque concedunt, nam, & ipsi quoque in hoc nobiscum conveniunt, quod ob illustrationem obiectivam veritatis

mysterii, ex eo quod Deus revelat, & sit verum, creditur illud mysterium, ratio enim formalis assentiendi sunt ea duo obiectiva principia; ergo eadem difficultas Adversarios quoque premit, quia licet unicum ponant actum, dant tamen illi diversa obiecta, erga quae potest habere inaequalem certitudinem unde quia non distinguerunt inter has duas illustrationes obiectivam & formalem, ideo paraverunt se ipsi aliter sentire formaliter quae reperitur in formali discursu, licet tamen per hanc doctrinam aequae recitari ipsa obiectiva illatio, seu virtualis, quod admittunt, ut advenit Arriaga *disputat. 13. sect. 5.* Hinc Coninch, ut consequenter loqueretur, non tam unum in materia fidei negat discursum formalem, sed etiam virtualem, quom talem in hunc humana admittit; non vero in fide divina. Sed plane id negari non potest, si melius declaretur, quod dicitur virtualis importet, & simul concedatur, quod omnes concedunt, nisi non credere mysterium Trinitatis, vel Incarnationem sitendo in ipsa, nec propter ipsam, sed divinam auctoritatem; hic autem est discursus virtualis fidei circa illa mysteria, nimirum moveri a divina auctoritate ad credenda illa; non potest vero divina auctoritas movere ad credenda illa mysteria, nisi quatenus appareat connectio illorum cum diva veritate, itaque non potest esse Deus (sunt ne veritas revelans mysteria Trinitatis, & Incarnationis, quam haec sit vera; Hoc, inquam, est virtualiter discurrens, scilicet, moveri ex uno concessio per eundem actum ad assentiendum alteri propter connexionem inter utrumque apparentem sicut velle unum propter aliud, est moveri a bonitate unius obiecti ad volendum aliud cum ipso connexum, sive per eundem, sive per alium actum, ergo discursus virtualis in materia fidei etiam divina omnino negari non potest, atque ita quicquid dixerit Adversarii ad eam tendendum ab alia solutione dicemus nos de formali.

Deinde, quamvis opus non sit, ut assensus ipse circa mysteria semper sit per modum conclusionis ex duabus praemissis, sed possit intellectus, dum ei proponitur, Deum esse veracem, & revelasse hoc, vel illud, immediate totum hoc unico actu credere de deo v.g. *Credo Deum incarnatum, quia id ipse, qui verax est, revelavit*; quamvis, inquam, hoc totum oppositae sententiae ultrò concedamus, ut dixi in conclusione; hoc tamen esse necessarium in quolibet fidei actu omnino gratis afferitur, quia quando aliqua obiecta ita se habent, ut unum non sit aliud, & habeat auctoritatem sufficientem, ut possit cognosci sine alio, potest utique intellectus scortim in illud tendere; sed divina auctoritas habet auctoritatem, & veritatem sufficientem, ut possit scortim cognosci, quin cognoscatur mysterium Incarnationis, vel Trinitatis; ergo quamvis neque intellectus credere Incarnationis mysterium, vel Trinitatis, quin simul cognoscatur auctoritatem Dei revelantis, poterit tamen e contra cognoscere Dei auctoritatem, quin simul ea credat; mysteria; atque ita dari poterit in intellectu solum hanc propositio *Deus est prima veritas, item, & haec alia Deus revelavit Trinitatem, vel Incarnationem*, siquidem hae propositiones non pendunt in veritate Trinitatis, vel Incarnationis, tanquam a ratione, vel motivo formali, propter quod ipse credatur, sed potius e contra; Si ergo tunc propositiones illae possunt scortim cognosci, nulla poterit afferri repugnantia, cur ex illis per bonam illustrationem, & per distinctum actum inferri nequeat veritas Trinitatis, vel Incarnationis, & cur huiusmodi mysteriorum cognitio non sit actus fidei; cum sit assensus eorum immediate in divina auctoritate; nitens, tanquam in ratione proxima credendi illa mysteria; Coniungendo itaque duas illas propositiones, prius intellectus iudicat Deum esse veracem; deinde hoc relevat, unde tarim tertius consequitur actus; *ergo hoc est verum*, quod utique sine discursu fieri nequit.

Præterea falso supponitur in alata solutione assensum fidei circa veritatem, & revelationem Dei esse etiam propter auctoritatem Dei, sicut assensus Incarnationis, vel Trinitatis est propter tandem Dei auctoritatem, hoc enim est impossibile sine processu in infinitum, aut circulo vitioso, ut dicitur *in quest. 1. huius disputat. art. 2. nu. 39. & seq.* unde ibi deduximus illa duo principia fidei, nempe veritatem, & revelationem, sed ea immo debere credi immediate, & non propter aliud, ut in se ipsis fundari possit assensus fidei circa mysteria revelata; & fidem quae habere prima principia, quae non cognoscitur ex aliis, ne demat processus in infinitum, vel mutua probatio, sed ea immediate, in se cognoscitur modo ibidem explicato, & ex illis obiectivum materiale creditibile; Tum quia impossibile est credere veritatem Dei solum propter eius revelationem, ut paravit Suarez, nam prima cognitio fidei de veritate Dei poni debet a revelatione omnino independentem, siquidem implicat me primo credere aliquid esse veracem, quia ipse dicit, cum non arguatur bene aliquid esse veracem ex eo, quod ipsemet id testificetur de seipso; ut enim dicitur in ipso mihi causet fidem, iam deo prius nosse ipsum esse veracem. Tum tandem, quia quando hoc etiam concederetur de veritate Dei, in revelatione

myſteria nullo modo apparent ex terminis nec clarè, nec obſcure, ſed omnino per aliquod medium cognosci debent; & per cõſequens cum aliquo diſcurſu, qui ſicut aliquando eſt virtualis; ita poteſt interdum eſſe formalis. An verò illi duo aſſenſus ſint ſolo numero diſtincti, an etiam ſpecie; qui putant intentionem ſuis ſpecie diſſerre ab electione mediõrum, pariter aſſerunt in propoſito aſſenſum revelationis propter ſe ſpecie diſſerre ab aſſenſu obiecti revelari propter revelationem; nec putant eſſe repugnantiã in eo, quod ab eodem habitu fidei procedant actus ſpecie diverſi, quia habitus inſuſus, ut dicebamus, majorem habet ſpharã, quã acquiſitus; Qui verò volunt intentionem, & electionem ad eandem pertinere virtutem, & ſpeciem, conſequenter aſſerunt in propoſito aſſenſum revelationis, & aſſenſum rei revelatæ eſſe ei ſi ſem ſpecie; poteſt ergò hoc, vel illud aſſeri, prout quolibet iudicaverit de ſpecificatione ex obiecto materiali, licet poterit mihi videri probabilius.

321 Ad Ultimum conſeſſo accedente negatur conſequentia, quã Patres cum dicunt actum, fidei eſſe liberum, & meritorium, nunquam diſtinguunt de actu, quo creditur myſterium, & quo creditur revelatio, ſed abſolute dicunt, credere myſterium propter revelationem eſſe meritorium, quod abſolute concedendum eſt, cum ibi includatur actus, quo creditur revelatio, ad quod omnino per accidens eſt, quod ſit unus, vel duo actus; unde aſſenſus conſuſionis, quãvis neceſſario ſequatur ex præmiſſis, poteſt dici denominativè meritorium, quatenus ſuit meritorium actus credens revelationem, ſicut actus exterior dicitur meritorium, & liber ratione interioris. Hinc rectè inquit Cardinalis de Lugo ſect. 2. p. 1. voluntatis affectionem non tam deſiderari ad credendam Incarnationem, quã ad credendum Deum revelatæ Incarnationem; quare ſi ſemel ex pia affectione creditur ſuper omnia veritates Dei, revelatio Incarnationis, & bonitas illationis, non eſt inconveniens, quod nulla alia pia requiratur affectio ad eſſentiendum conſuſionem, quã evidentè intererit ex illis principiis; quare meritum, & liberitas fidei non veſtantur circa conſuſionem præciſe, ſed circa omnem diſcurſum, ſive formalem, ſive virtualem, prout aſſenſum principiorum, & conſuſionis ſimul complectitur.

322 Quarta obijciunt, quia fides, quã habuerunt Angeli in via, & fides noſtra ſunt eiſdem rationis, & tamen in Angelis non poteſt eſſe cum diſcurſu, cum eo careant; ergò nec in nobis poteſt generari per diſcurſum. Conſirmatur quia ſi fides diſcurſum formalem dicitur poteſt, omnes illi tres actus eſſent ſupernaturales; hoc autem eſt abſurdum, quia ſine neceſſitate actus ſupernaturales multiplicari non debent; cum ergò poſſit unus actus omnia illa obiecta amplecti abſque diſcurſu formali, tres actus illi ſupernaturales concedi non debent. Tandem actus ille, quo dicitur *Deus revelavit Incarnationem* attingit non tantum revelationem, ſed etiam incarnationem, ergò neceſſarius non eſt actus diſtinctus inde illatus; ergò nec diſcurſus proprius.

Reſpondeo in Angelis poſſe eſſe diſcurſum, ut ſuo loco dicentium eſt cum Doctore noſtro, & præſertim circa obiecta ſupernaturalia, quorum cum adiacerent viatores, proprias ſpecies non habebant; Et quando etiam Angeli carerent diſcurſu, hinc adhuc non bene deduceretur actum fidei, quantum eſt ex ſe, diſcurſivum eſſe non poſſe, quod hic quæritur; ſed tantum ex perfectioni modo Angeli in obiecta tendendi, unde poteſt fides in Angelis proportionari ad eorum nativum operandi modum. Ad Confirmationem negatur minor, quod actus ſupernaturales ſine neceſſitate multiplicarentur, ſiquidem rerum naturæ, & conditioni intellectus humani conſentaneum eſt, ut omnis diſcurſus virtualis in formalem reſolvi poſſit, in quo vis ſyllogiſtica magis apparet: quare cum intellectus præſertim humanus huic habet ad modum operandi, debuit fides iuxta eius naturam, & conditionem accommodari, ut poſſet per diſcurſum virtualem, ac etiam per formalem interdum in ſua obiecta tendere. Ad ultimum, actus ille attingit incarnationem in obliquo ſolum, & apprehenſivè, non tamen ad hæſivè, ita ut ei aſſentiar; ſicut quando audio hæreticum dicentem *Deus non eſt trinus* apprehendo utique illud hæretici dictum, non tamen ei aſſentior; quare non ſufficit pro aſſenſu fidei attingere myſterium Incarnationis eo modo in revelatione, ſed requiritur actus, quo dicam *ergò exiſtit Incarnatio*, qui eſt actus diſtinctus inde illatus.

323 Quinto tandem quandam movet difficultatem Arriaga diſp. 15. n. 35, quã inquit ſatis eſt moleſtam, nec vidiffe ab ullo alio propoſiti, & ea eſt, quod omnis forma ſyllogiſtica eo principio nititur; *quæ ſunt eadem ſibi tertio, ſunt eadem inter ſe*, quare ſi in fide diſcurſum concedimus, debemus neceſſario concedere eum aucti illi principio, aliter explicari non poſſet, quomodo eius forma rectè concludatur, at id impoſſibile eſt in materia fidei, quia unus ex obiectis fidei formalibus eſt aliquid divinum, nempe Dei intrinſeca veritas; at qui veritates divina, ſeu prædicatum divinum non eſt idem realiter cum aliquo tertio

cui etiam ſi idem realiter res credita, verbi gratia peccatum Iude, & malò minus eſt idem cum ipſo peccato Iude immediate; ergò non poſſet viſyllogiſtica ex ea Dei veritate inferri, Iudam peccatè. Conſirmatur, quia ſi ſyllogiſmus ita fornicatur, *Quicquid Deus dicit eſt verum, hoc Deus dicit, ergò eſt verum* iam in collylogiſmo nihil ponitur increatum; nam *ly Deus hoc dicit*, ſignificat revelationem huius rei credendæ, verbi gratia peccati Iude, ea autem revelatio creatura eſt; ob eandem rationem *ly Quicquid Deus dicit eſt verum*, etiam eſt quid creatum, ſcilicet, veritas omnium dictorum, ſed revelationem Dei ad extra; ergo in eis præmiſſis nihil eſt divinum, atque adedum ad intra fidem diſcurſivam, cum excludat à ratione virtutis Theologicæ, cuius formale obiectum eſt aliquid divinum.

Reſponderi Arriaga, argumentum hoc in primis in aliis quoque materiis habere locum, videtur enim evincere nunquam ex cauſa reali poſſe probari exiſtentiam effectus, neque e contra, nam cum cauſa realiter diſtingatur ab effectu, & hic à cauſa, nunquam poterit ſyllogiſmo cauſe exiſtentia poni, ut medium, cui identificetur effectus exiſtentia; & neque item e contra effectus poterit eſſe medium, cui identificetur cauſa, & exiſtentia illius, ut inde inferatur exiſtere cauſam. Eodem modo non poſſet argumentum fieri à relativis diſtinctis, ut unum probetur ex alio. Verùm hæc inſtantia non urget, quando namque dicimus formam ſyllogiſticam eo principio niti *quæ ſunt eadem ſibi tertio ſunt eadem inter ſe* non eſt ſenſus quod ſemper eſſe debeat vera, ac realis identitas extremorum cum medio in præmiſſis, ut inde inferatur in conſuſionem conſimilis identitas inter ipſa extrema, ut patet cum dicimus, omnis homo comedit Petrus eſt homo; ergò Petrus comedit; vel omnis homo eſt coloratus, Petrus eſt homo, ergò Petrus eſt coloratus, & ſimilibus ſyllogiſmis, in quibus conſtat, extrema non identificari cum medio in præmiſſis, nec inter ſe in conſuſione vera ac propria identitate reali; Quare, ut per illud principium regulari poſſint omnes ſyllogiſmi, etiam in materia contingenti, per eam extremorum identitatem in medio, debemus intelligere neceſſariam unionem, & connexionem extremorum in medio, & exiſtè inter ſe ſeivem, etiam ſi non ſemper interveñat vera, ac propria realis identitas; & idè bene ex cauſa probari poteſt exiſtentia effectus, & e contra, ac etiam exiſtentia unius relativi ex alio, quia licet abſolvem realiter diſtinguantur, nihilominus neceſſariam habent connexionem ad invicem.

Hinc pluribus dimiſſis, quæ congerit Arriaga citatus ad 324 huius argumenti ſolutionem, facile occurrunt, quod licet quid creatum identificari nequeat cum aliquo increato vel cum aliquo tertio, cui illud ſi idem; poteſt tamen habere neceſſariam connexionem cum ipſo, ut patet de poſſibilitate creaturarum, quæ quid creatum, & limitatum eſt, & adhuc neceſſariam habet connexionem cum omnipotentia divina; in hoc iurte ſenſu poteſt peccatum Iude, vel Incarnatio, ac quolibet alia res credita creata habere cum divina veritate identitatem, hoc eſt, neceſſariam connexionem ſuſcepta ſemel revelatione de tali re; atque ita in hoc ſyllogiſmo, quicquid Deus dicit eſt verum, Hoc Deus dicit, ergò eſt verum, *ly verum*, & hoc identificatur, cum *ly Deus dicit* ſeu cum omni dicto Dei, ſaltem inadæquate, & inde inferuntur inter ſe unita *ergò hoc eſt verum*. Ad Confirmationem negatur aſſumptum cum eius probatione, nam aſſenſus illius propoſitionis *Quicquid Deus dicit eſt verum* eſt iſte, quod omnia dicta Dei neceſſariam habent connexionem cum divina veritate, perinde ac ſi diceremus *Deus eſt verax in omnibus dictis*, in qua propoſitione duo includuntur, & Dei rugnantiã intrinſeca ad dicendum falſum, & ſimul veritates ipſorum dictorum Dei; hoc verò ſecundum eſt connexionem, ſeu identificatur cum hoc dicto particulari, & cum illius veritate neque aliud myſterium video in hoc argumento quod adeo exaggerat Arriaga, aut planè illud non percipio.

QUESTIO DUODECIMA.

An Concluſio deducta ex duobus revelatis: vel ex una revelata, & altera naturaliſiter evidenti, ſit de fide.

325 In hac quaſtione due includuntur partes, ut ex titulo conſtat, 325 prima eſt concluſio, quæ ſequitur ex duobus præmiſſis de fide, an ſit de fide vel ſolum theologica, cuius exemplum poteſt eſſe hic ſyllogiſmus, *Omnes Apoſtoli acceperunt Spiritum ſanctum Petrus fuit unus ex Apoſtolis, ergò Petrus accepit Spiritum ſanctum*, in quo diſcurſu ſingula præmiſſæ ſunt revelatæ, & ex illis conſuſio evidenter inferuntur. Altera pars quaſtionis eſt de conclu-

cluſione deducta ex una de fide, & altera evidenti naturali, an ſit de fide, vel ſolum Theologica, cuius exemplum eſt poteſt hic ſyllogiſmus *Omnis homo eſt riſibilis, Chriſtus eſt homo, ergò Chriſtus eſt riſibilis*, in quo diſcurſu maior eſt naturaliter nota, minor vero eſt de fide; Circa primam quaſtionem partem Prima ſententia negat concluſionem eſſe actum fidei, ſed dicit eſſe concluſionem theologicam, niſi etiam ipſa ſit revelata; ita Suarez diſp. 6. ſect. 4. Lorca diſp. 6. Turrianus diſp. 3. dub. 3. Cardinalis de Lugo diſp. 1. ſect. 13. & alii. Secunda ſententia aſſerit, concluſionem eſſe de fide, ita Arriaga diſp. 1. ſect. 4. Hurtado diſp. 10. ſect. 1. pro qua citat Scotum, Ocham, Vegam, Canum, Valquez, & alios.

Circa alteram quaſtionem partem, aſſerunt quamplures concluſionem illam ex una de fide, & altera naturali evidenti deductam, eſſe adhuc de fide, quia licet hæc propoſitio *Chriſtus eſt riſibilis* non ſit immediate revelata, eſt tamen mediata, quatenus eſt revelatum, quod ſit homo, & ad fidei aſſenſum aium ſufficere virtualem revelationem, & mediatam; ita Valquez, Cano, Vega, & alii, pro quo etiam citant Scotum eo quod dicunt, Theologiam non diſtinxiffe à fide inſula 3. diſp. 35. Communior tamen ſententia negat concluſionem illam eſſe de fide, ſed ait eſſe Theologicam, ita Molina, Valencia, Suarez, Hurtado, Beccanus, Lugo, pro quo citant plures antiquiores.

ARTICULUS PRIMVS.

Reſolutio Quaſtionis quoad primam partem.

326 Quoad primam quaſtionem partem. Dicendum eſt concluſionem ex duobus revelatis deductam eſſe aſſenſum fidei, non autem concluſionem Theologicam. Hæc aſſertio eſt Scoti 3. diſp. 35. quaſt. 10. ubi diſcrimen aſſignat inter habitum principiorum, & concluſionem in ſcientiis naturalibus, & inter habitum articuloſum, & eorum, quæ ex articulis in fide deducuntur, quia ratio formalis, à qua ſpecificatur habitus principiorum, & concluſionum eſt, diverſa eſt enim ipſa intrinſeca eorum connexio, quæ diverſa eſt in principijs, & concluſionibus; e contra vero ratio formalis, à qua ſpecificatur habitus fidei, & eorum quæ ex fide deducuntur, eſt eadem, ipſa ſcilicet divina auctoritas, quia in creditis, inquit non aſſentimur propter evidentiam crediti, ſed propter auctoritatem; & revelatis, quæ eſt eadem reſpectu primorum articuloſum & reſpectu aliorum explicatorum ex illis, & idè non eſt alius habitus unus, & alterius, quia eſt idem obiectum ſub eadem ratione formali. Ex quo deducitur noſtra aſſertionis fundamentum, quia totum illud obiectum eſt de fide, quod invenitur à Deo revelatum; ſed obiectum concluſionis deductæ ex duobus revelatis eſt etiam à Deo revelatum; ergo totum illud obiectum eſt de fide; Maior patet, probatur minor in exemplo allato, quia Petrus accepit Spiritum ſanctum idem realiter eſt ſaltem inadæquate, & per pars cum hoc, quod eſt omnes Apoſtoli, quorum unus erat Petrus, accepit Spiritum ſanctum; ergò qui revelat Apoſtolos omnes accepit Spiritum ſanctum, revelat Petrum accepit Spiritum ſanctum; non poteſt enim aliquis aſſumere totum, quin aſſumet partes, ex quibus intrinſeca conſtat illud totum.

Conſirmatur, quia ſingula propoſitiones particulares ſub univerſali revelata contenta, licet per diſcurſum ſint explicatæ, adhuc ſunt obiectum fidei, & credende eodem motivo, & habitu, quibus creditur ipſam univerſalem propoſitionem immediate revelata; ergò ea concluſio, Petrus accepit Spiritum ſanctum ex illis præmiſſis deducta eſt obiectum fidei; probatur aſſumptum, quia in ipſa propoſitione univerſali immediate, & formaliter, licet conſuſe, continentur particulares, propter quas univerſalis propoſitio. Idem igitur eſt, revelare hanc univerſalem, omnes Apoſtoli acceperunt Spiritum ſanctum, ac revelare ſingulos individuos ex Apoſtolis accepit Spiritum ſanctum, quia deſcenſus Spiritus ſancti non fuit ſuper Apoſtolos in communi, ſed ſuprà ſingulos in particulari.

327 Reſponderi Cardin de Lugo, Auctores primæ ſententiæ non negare, obiectum illud poſſe terminare aſſenſum fidei in ullo caſu, ſed ſolum agunt de illo, prout terminat aſſenſum genericum per diſcurſum ex dupli ci præmiſſa de fide; Et Suarez diſp. 2. ſect. 11. n. 6. clarè diſtinxit hos duos ſenſus, & expreſſe concedit, obiectum idem poſſe aliquando terminare aſſenſum fidei; ſolumque negat aſſenſum deductum per diſcurſum ex illis duobus præmiſſis revelatis eſſe de fide; quare concluſio Lugo propoſitionem prædictam, quatenus formaliter deductam ex revelatis non eſſe de fide, ſed concluſionem Theologicam quatenus vero in illis includam formalitè de fide, & hoc duntaxat probare argumentum allatum.

Hæc reſponſio reſtituitur ex ipſa adverſariorum doctrina, qui dicunt bifariam poſſe revelationem virtualem, & mediatam,

qualis eſt propoſitæ concluſionis, terminare aſſenſum credentis, uno modo, ut applicatam per diſcurſum, ita ut tantum revelatio, ſed ipſe etiam diſcurſus, ſeu naturalis connexio revelationis virtualis cum formalis ſit adæquatam, & integrum obiectum intellectus morivum, alio modo, ut ſeipſa formaliter terminet actum credentis, prævio tantum diſcurſu, ut conditione explicante revelationem virtualem contineri in formalis; inquit, quod nulla virtualis revelatio applicata per diſcurſum, tanquam per rationem formalem aſſentiendi, eſt poteſt obiectum formale fidei inſula, bene tamen applicata per diſcurſum, tanquam per conditionem ſolum explicantem unde inquit, quod ſi Theologus utatur diſcurſu, tanquam conditione pura ad aſſentiendum, dummodo poſtea aſſentiar propter revelationem, ut obiectum formale, & morivum, aſſenſus ille, eſt per diſcurſum deductus, erit de fide; Sed ſic eſt: ſub infero ergo, quod quando concluſio deducitur ex præmiſſis ſolum revelatis, ut eſt in propoſito, tunc Theologus utitur diſcurſu, tanquam conditione pura ad aſſentiendum, ita quod revelatio ſeipſa formaliter terminet aſſenſum concluſionis prævio tantum diſcurſu, ut conditione explicante revelationem virtualem contineri in formalis; ergo propoſitio prædicta, etiam quatenus formaliter deducta ex revelatis, erit formaliter de fide, & non concluſio theologica; Minor probatur, quia in tantum concluſio deducta ex præmiſſis, quãrum una ſit revelata, & altera naturalis, dicitur Theologica, & obiectum habitus Theologicæ, non vero fidei; quia tunc virtualis revelatio applicatur per diſcurſum, tanquam per rationem formalem aſſentiendi, & non tanquam per puram conditionem, ut ſuſus art. ſeq. & ratio eſt, quia licet motivum fidei, ſeu teſtificatione Dei ſit motivum formale præiale credendæ riſibilitatem de Chriſto, non tamen eſt motivum totale, cum non poſſit reſolvi aſſenſum riſibilitatis de Chriſto ad æquate, & ultimum in ſolum Dei teſtificationem, ſed in illud etiam alterum principium, quod omnis homo eſt riſibilis; quare licet riſibilitas de Chriſto credatur partialiter propter Dei teſtificationem, non tamen creditur de fide, quia illa ſolum ex fide credi dicuntur, quæ credimus Deo ea teſtificatione riſibilitatem autem non ita credimus de Chriſto, cum Deus illam non teſtetur, ſed quia reſtat Chriſtum iſſe eſe hominem, & quia omnis homo eſt riſibilis; quare aſſenſus iſſe eſt mixtus ex motivo fidei, & alio motivo naturali, quia non creditur tale obiectum præciſe, quia revelatum, ſed propter illud complexum, quia revelatum eſt, Chriſtum eſſe hominem, & aliunde conſtat, hominem eſſe riſibilem; quod complexum non eſt motivum fidei, licet illud includat, tanquam aliquid ex ſe non ſufficiens ad credendam de Chriſto riſibilitatem; quare cum aliud motivum naturale concurrat propter indigentiam, ideo in tali caſu diſcurſus ex illis præmiſſis, una revelata, & altera naturali, concurrat tanquam ratio formalis aſſentiendi, & non tanquam pura conditio. At in noſtro caſu, quando diſcurſus ſit à duobus revelatis, intervenit tantum, tanquam pura conditio explicans revelationem virtualem contineri in formalis, & non tanquam ratio aſſentiendi; ſam talis conſuſio, quod nempe Petrus accepit Spiritum ſanctum, non ſolum in re eſt idem cum propoſitionibus revelatis; ſed inſuper ea identitas attenditur propoſitionibus revelatis; ſed ergò illi deſt, ut ſi fide, quia diſcurſus intervenit, ut ſola conditio explicans revelationem virtualem contineri in formalis.

Deinde ex hac reſponſione ſequeretur, neque aſſenſum ipſum 328 circa obiectum revelatum, v. g. Incarnationem eſſe actum fidei, probatur conſequentia, quia ut conſtat ex dictis quaſt. præciſe & concedit ipſe Lugo diſp. 7. ſect. 1. hic aſſertio etiam eſt propter veritatem, & revelationem Dei, tanquam propter motivum, & præmiſſas formales, vel virtuales; quare requiritur etiam cognitio bonitatis illationis, quæ bonitas, ſeu connexio veritatis Incarnationis cum veritate, & revelatione Dei movere partialiter ad aſſenſum Incarnationis; ſi ergò diſcurſus hic non impedit; quin ille aſſenſus ſi fidei, ut ipſe Lugo concedit, neque impedit in caſu noſtro.

Reſponderi Lugo negando pariter; differentia namque inter concluſionem illatam ex revelatis, & myſterium revelatæ veritatis, & teſtificatione Dei, cur hæc pertinet ad aſſenſum fidei, & non illa eſt, quod bonitas illationis myſterii aſſenſum veritatis, & teſtificatione Dei pertinet intrinſecè, & eſſentialiter ad motivum formale fidei; quæ cum creditur Deo, & propter eius auctoritatem debet eſſentialiter moveri ad illationem myſterii ex auctoritate Dei; At verò bonitas illationis obiecti concluſionis ex myſterio revelatis non pertinet intrinſecè, & eſſentialiter ad motivum formale fidei, ſed eſt motivum peregrinum fidei, & extra motivum totum fidei proprium, nec ordinatur ad credendum præciſe Deo, ſed ad credendam ea, quæ inferuntur ex creditis Deo, quare altera ex parte motivo fidei proprio, non eſt, cur fides debeat extendi ad aſſenſum obiecti concluſionis, ſicut ad aſſenſum rerum fidei.

Hæc tamen diſparitas non ſatisfacit, quia ſi ſemel admittatur 329

mus fidem posse, ac debere nisi bonitate consequente, ut iam ipse Logico concedit, & late probatum est. *quæst. præc.* non video, cur illatio evidens ex rebus revelatis debeat dici peregrina respectu fidei, nam ad fidem spectant ea omnia, quæ sunt à Deo revelata, ergo non est peregrinum, sed maxime fidei proprium, vi consequente deducere ea, quæ sunt revelata, ac prout ea, etiam in deducta ex duabus de fide, erunt formaliter de fide. Tùm quia in tali casu neque ex toto, neque ex parte alteratur motivum fidei proprium, quoniam propter veritatem revelantis præcisè assentiuntur tam præmissis, quam conclusioni, quod si discursus intervenit, hoc est præcisè tanquam conditio explicans revelationem virtutem contineri in formali, non verò tanquam ratio assentiendi, ut supra dictum est, undè non his eventis, sicut in conclusione deducta ex una de fide, & altera naturali, nam ibi quantumque explicatur revelatio, & obiectum revelationum, nunquàm invenitur dictum à Deo obiectum conclusionis nec aliquid, quod solum possit movere ad illud credendum, ac discurrendo à duabus revelationibus, & explicando revelationem, vel obiectum revelationum per discursum, invenitur obiectum conclusionis dictum à Deo, quia in ipsa propositione universali immediate, & formaliter, licet confusè, continentur particulares, ut patet in exemplo adducto.

330 In oppositum obiciunt Auctores primæ sententiæ, quia confusio, quæ tenet ex parte ipsius revelationis, universali sufficit ut obiectum conclusionis non sit propriè revelatum, quia licet à parte rei sit idem realiter cum obiecto præmissarum revelato; non tamen cognoscitur ex vi præcisè revelationis explicite, ut tale est in particulari; sed ad ejus cognitionem explicite necessarius est discursus, quod sufficit, ut in ratione obiecti formaliter non sit idem cum obiecto revelato, atque idè non possit de illo explicite esse assensus fidei; nunquam enim ex obiecto potest præstari assensus, nisi prævio discursu, quo apparet contineri in obiecto revelato, quando autem assensus fit propter discursum, & illationem ex obiectis revelatis, non assentiuntur propriè de fide illi obiecto.

Respondendo negando assumptum, quia ea conclusio non solum in re est idem cum propositionibus revelatis, sed insuper ea indigentia ostenditur ipsimet propositionibus revelatis, quare nil ei deest, ut sit de fide; ad probationem cum dicitur ad eius cognitionem explicite intervenire discursum, iam supra dictum est intervenire quidem, non ut rationem assentiendi, sed præcisè ut conditionem explicantem revelationem virtutem contineri in formali, quo pacto bonitas illationis non facit obiectum formale assensus conclusionis diversum ab obiecto præmissarum, sicut eventus in illatione conclusionis illaræ ex una solum præmissa de fide, & altera evidenti naturali; quo casu utique variatur motivum formale, non quidem ratione bonitatis illationis, præcisè, sed ratione alterius præmissæ, quæ non est de fide, & in qua etià ultimo sibi intellectus, quod non eventus in casu nostro, quia de causa bonitas illationis hic intervenire dicitur, ut pura conditio explicans, ibi verò non tantum, ut conditio, sed etiam ut ratio assentiendi.

331 Deinde arguit Card. de Lugo, quia ea, quæ per fidem credimus, Deo credimus, & præcisè, quia ipse dicit; ea autem, quæ credimus, quæ sequuntur ex revelatis, non credimus, solum Deo, movemur enim non à solo Deo præmissis revelante, sed etiam à connexionem obiecti præmissarum cum obiecto conclusionis, quam connexionem non cognoscimus, nec credimus, quia Deus cam revelaverit, sed lumine intellectuali ex terminis nobis apparet; atque idè ad credendum obiectum conclusionis partim movemur à testimonio divino, partim à connexionem unius obiecti cum alio non ergò possumus credere per fidem obiectum conclusionis cum illud non credamus solum Deo, nec divinum testimonium solum nos moveat ad illud credendum, sed ille assensus est inferioris ordinis, & minus perfectus.

Respondendo negando, ea quæ credimus, quia sequuntur ex revelatis, non credi solum Deo, & eius auctoritate, tanquam ex motivo formali, ac adequato; Et cum additur, quod movemur non tantum à præmissis à Deo revelatis, sed etiam à connexionem obiecti præmissarum cum obiecto conclusionis lumine naturali nota; hoc remanet probandum, quia sæpe dictum est, in discursu ex præmissis revelatis facta bonitatem illationis intervenire tantum, ut puram conditionem assentiendi, quia intervenit discursus, ut conditio solum proponens, & explicans revelationem virtutem contineri in formali, non autem ut ratio assentiendi; sicut eventus, quando fit ex una revelata, & altera naturali, quo casu variatur motivum formale, non tam ex parte bonitatis illationis, quæ in utroque discursu æqualiter intercurrit, quam ex parte unius præmissæ, quæ non est de fide.

330 Tandem arguit Suarez, revelatio virtualis non habet tantam certitudinem, quantum habet revelatio formalis, nec habet eundem modum certitudinis intellectum, cum una certificet immediate, & per se, altera tantum mediate, & in alio contenta; ergo nequit esse obiectum formale fidei, sed assensus per eam generatus est inferioris ordinis, & minus perfectus.

Conf. quia virtualis continentia revelationis virtualis in forma illi non manifestatur per ipsam revelationem formalem, sed per lumen naturale, quod non dat tantam certitudinem, quantum dat divina revelatio, ergo assensus unius nequit esse certus, sicut assensus alterius Datum Scholastici in Prologo discriminant habitum fidei ab habitu Theologicæ, etiam utroque fit ad assentiendum rebus obscuris, non potest autem unus ad alio discerni, nisi quia unus inclinatur ad assentiendum rebus formaliter, & immediate, alter virtualiter tantum, & mediatè revelatis.

Respondendo negando antecedens, quando revelatio virtualis explicatur per discursum procedentem ex duabus formaliter revelatis, ut est in proposito, tuac enim utraque revelatio nititur immediate testimonio Dei, ut motivo formali nam posita sufficienti propositione, quod utraque revelatio fit à Deo non minus una, quam altera informat eodem testimonio Dei tanquam motivo formali assentiendi. Nec refert, quod unam Deum testificetur immediate, & formaliter, aliam mediatè, & virtualiter, nam hoc non tollit, quod testificatio Dei cadat supra utramque revelationem, licet ordine quodam, ut prius cadat supra formalem, deinde supra virtuale. Quando igitur dicitur, quod mediat, non est præmissa aliqua naturalis, sed ipsamet res à Deo revelata, quæ ordine quodam prius postulat, ut credatur secundum unam veritatem, quam secundum aliam tunc non minus certitudinem fidei, cum utraque debeat credi eodem testimonio infallibile Dei ad utramque terminato, licet ad unam mediante alia. Ad Confirmationem patet ex dictis, quod quando discursus procedit ex duabus revelatis, tunc virtualis revelatio manifestatur per discursum, tanquam per conditionem explicantem, & applicantem; non verò tanquam per rationem formalem assentiendi; Ad ultimum, ut constabit ex dicendis art. seq. assensus fidei in hoc præferitur Theologico, quod ubi ille nititur præcisè testimonio Dei, ut formali motivo assentiendi, iste est mixtus ex motivo fidei, & alio motivo naturali, quod non sufficit ad sciendum assensus fidei; sed alium qui nec sit fidei, nec scientificus, sed alterius specie mixtæ, qui dicitur theologicus; qui quidem est obscurus, & invidens respectu conclusionis propter invidentiam unius præmissæ revelatæ, & aliud non habet infirmitatem propriam fidei respectu eiusdem conclusionis propter alterum principium naturale, quod non credimus ex auctoritate divina, sed lumine solo rationis naturalis, quo non credimus, ita firmiter, sicut res fidei, ut expressè docet Scotus 3. *distinct. 24. quæst. 10. S. si loquamur.*

ARTICVLVS SECVNDVS.

Resolutio quæstionis quoad alteram partem.

332 Quid alteram quæstionem partem Dicendum est conclusio- nem deductam ex una revelata, & altera naturali non terminare assensus fidei, sed Theologicum. Conclusio est Scoti nunc citati 3. *distinct. 24. quæst. 10. S. si loquamur;* ubi inquit, si autem exponitur Scriptura per alias scientias, ad quod ultimum deveniunt Doctores immiscendo philosophiam Scripturæ Sacre; tunc dico, quod conclusio habet maiorem certitudinem, quam altera præmissarum, quæ minus certa est, sicut in omni mixtione certitudo conclusionis est certitudo præmissæ minus certæ, ut ex maiore de necessario, & minore de contingenti; & cum præmissa sumpta ex Scriptura non sit evidens ex terminis, sed credita; igitur nec conclusio erit demonstrata generatis scientiam, quamvis possit generare habitum alium à fide; Ex quibus Scoti verbis patet perperam à Recentioribus citari proposita sententia, & male ei imponi, quod habitum Theologicæ à fide infusa non distinxerit 3. *dist. 35.* cum enim ibi docet scientiam, & intellectum esse eundem habitum & circum loqui habitum Fidei perfectum, & imperfectum, scientia dicitur esse prius non loquitur de scientia Theologica, sed de scientia quæ numeratur inter dona Spiritus Sancti, de quibus ab illo dictum erat prius *distinct. 34. quæst. 10. S. His suppositis;* vult ergo scientiam & intellectum, ut sunt dona à Spiritu Sancto infusa, non acquisita studio, quo acquiritur Theologia, non esse aliud, quam fidem explicitam, & implicitam, quæ licet actu, non tamen habitu distinguatur, quoniam idem motivum, & eodem modo applicatum, scilicet prima veritas immediate revelans ad utramque actum inclinatur, ut notavit Smilinch in Prohæmio 3. *4. num. 166.*

330 Probat autem ex Scoto, quia conclusio deducta ex altera præmissa fidei, & altera naturali evidenti, partim pendet ab obiecto fidei; & partim ab obiecto Philosophicæ; & adequatè pendet ab utroque verbi gratia in exemplo adducto conclusio illa, quod *Christus sit risibilis*, deducitur ex præmissa Philosophicæ

phicæ, *omnis homo est risibilis*, & ex hac de fide *Christus est homo*; ergo talis conclusio nequit esse fidei neque Philosophicæ, sed cuiusdam habitus, veluti distincti, qui dicitur Theologicus; consequentia patet, quia conclusio fidei necessario requirit obiectum formale ipsius fidei, fides namque nequit movere ad conclusionem, nisi ex obiecto formali per se credendi.

Confirmatur ex eodem, quia conclusio necessario sequitur debiliorem partem, nam quando una præmissa est evidens, & altera probabilis, conclusio est probabilis, & quando una est de fide Divina, & altera solum de fide humana, conclusio ex illis deducta non est de fide divina, aliàs fidei posset, ut conclusio esset certior præmissis, quod est absurdum; sed in proposito nostro una præmissa est de fide, & altera lumine naturali nota; ergo conclusio illa de fide esse non potest. Tandem de fide esse non potest illa, quod non creditur, quia revelatum, & testificatum à Deo; atqui obiectum illius conclusionis non dicitur à Deo, sed aliud, ex quo partialiter hoc aliud, inferitur; ergo non potest ea conclusio credi de fide, cum non participet rationem formalem, & motivum fidei proprium; Major patet, obiectum revelatum, quantumcumque explicatur, & formaliter, ac obiectum revelatum, nusquam invenitur refertur ad Deo obiectum conclusionis, imò nec aliquid, quod possit solum movere ad illam credendam; Non ergo movetur intellectus ad eius assensus non dicitur à Deo testimonio, sed simul ab illo principio naturali, quod nisi veram crederetur, non crederetur obiectum conclusionis; ergo motivum fidei non sufficit ad credendum illius conclusionis obiectum, & per consequens eius assensus non est fidei. Concludendum igitur est, quod revelatio inadæquate obiecti sed quæ indiget alia veritate non revelata, non sufficit ad assensus fidei, & hæc est communior opinio in Scholis:

331 In oppositum Obicitur Primum, omnia illa pertinent ad fidem, quæ creduntur propter motivum testimonii divini, sive mediatè, sive immediate, sicut omnia amantur ex charitate, quæ amantur propter Deum, sive mediatè, sive immediate; Sed risibilis Christi creditur mediatè saltem propter testimonium divinum; credimus enim Christum esse risibilem, quia est homo, & credimus esse hominem, quia est revelatum à Deo; ergo ultimo resolvitur assensus ille in testimonium divinum, & per consequens hoc est motivum formale, nam illud solum est motivum formale propriè loquendo, in quod ultimo resolvitur assensus.

Confirmatur, quia ad infinitam Dei veritatem spectat, ut sint vera etiam, quæ sunt contra cum iis, quæ Deus testificatur; si enim aliquid in eis falsum esset, falsitatis etiam, & mendacii convinceretur Deus, cum non posset veritas rei testificatæ subsistere cum falsitate consequentis; ergo auctoritas Dei est motivum sufficiens ad credenda hæc alia, quæ necessario subsequuntur.

330 Resp. cum Lugo cit. motivum fidei, sive testificationem Dei esse motivum credendi risibilitatem de Christo paritè solum & inadæquate non verò totale, & adæquate cum non possit resolvi assensus risibilis artis, adæquate, & ultimo in solum Dei testimonium, sed in illud etiam alterum principium, quod omnis homo est risibilis; quare assensus ille non est fidei, sed mixtus ex motivo fidei, & alio motivo naturali, qui propriè dicitur Theologicus. Nec valet paritas de Charitate assumpta, & eius exemplo, quia in obiectis mediatis, quæ propter Deum volumus, totum & unicum motivum ultimum est sola Dei bonitas, propter quam volumus omnia à media, & non propter aliud conclusio autem Theologica non resolvitur ultimo in solum Dei auctoritatem, sed in aliud quoque principium, quod non credimus propter Dei testimonium.

Ad Conf. dicendum, ad veritatem Dei spectat, ut ea obiecta mediatè non sint falsa ex eo capite, quatenus pendet ab illa; non tamen ex illa illa parte, quæ ab alio principio dependet; ex eo tamen, quod essent falsa ex illo alio principio, nihil sequeretur contra veritatem Dei.

336 Secundò Obicitur, quia multa sunt de fide, quæ in se non sunt revelata, sed propter illationem necessariam ex una præmissa de fide, & altera naturali evidenti, verbi gratia, Christum esse animal rationale, & consistere ex corpore, & anima, quod tamen non cognoscitur, nisi ex una præmissa naturali evidenti. Item qui baptizati consistunt de fide crediti illum esse in gratia de cuius baptismo illi conitatur evidentia naturali, quæ evidens illi est instantem non ponere ob eam, & se conficere verum basium, quia de sua intentione certus est. Præterea Petrum esse conceptum in peccato est de fide, quod tamen ex hac præmissa naturali deducitur, Petrus est homo. Denique quia peccator fide credit se non habere gratiam apud Deum quod evidenter colligit ex affectu, quem habet ad peccatum.

Respondendo Suarez, Coninchus, Amicus, Caspensis, & alii Recentiores duplici modo posse unam propositam esse ex alia innari; primum immediate ex vi significationis, sive quia illa vir-

tute idem significat, quod hæc, v.g. hæc propositio, omne animal est corpus, virtute significat hæc, Homo est corpus, quia homo est aliquod animal, ac prout quoad hæc est illa inferitur, proprie non inferitur una res, aut una propositio ex alia; nam quamvis prædicte propositiones verbi, & materialiter differant, nihilominus formaliter ratione eiusdem significat, quæ sunt unum & idem, quia eandem rem significant, & solum ex significatione generatim sumptis inferitur idem speciatim sumptum. Alio modo potest una propositio inferri ex alia præcisè ratione connexionis inter utriusque significatum v.g. ex hac Christus est homo, inferitur, ergo Christus est risibilis, non vi significationis, quia prior non significat secundam, sed quia risibilitas habet necessariam connexionem cum natura humana, tanquam proprietas necessaria eam consequens. Hinc autem, omnes illæ propositiones esse de fide, quæ omnes illæ immediate ex vi significationis idem significant v.g. Christum esse hominem, esse animal rationale, & consistere ex corpore, & anima, quia sunt partes quidditative hominis; quidditas autem immediate significatur, & revelatur cum re ipsa, neque ad illam assensus est necessarius syllogismus, sed tantum apprehensio quidditative terminorum, & eodem modo sicut philosophandum esse in aliis exemplis in argumento adductis; quod fit: syllogismus, dicunt evidentiam consequentem in eo casu non ingredi formale obiectum assensus fidei, sed solum proponere in intellectu ipsam revelationem, sive obiectum formale assensus fidei; Ea verò, quæ solum secundo modo deducuntur ex revelatis, non sunt de fide, sed solum conclusiones Theologicæ, & assensus illarum nititur evidentia consequente, ut obiecta formali.

Hæc tamen responsio, quamvis apud Recentiores plausibilis non satisficit; quamvis enim adduci possit, quando alia quæ propositio deducitur aperte ex duabus de fide, quia tunc per se, & immediate sequitur revelatis; non tamen quando deducitur ex una de fide, & altera naturali non tamen, quia tunc non sequitur immediate, & per se ex propositione revelata, sed solum immediate, & per accidens, ratione propositionis naturaliter cognite, quæ à Deo non est revelata. Ex quidem gratis omnino dicitur, omnes illas propositiones immediate idem omnino significare ex vi significationis, ac solum verbi, & materialiter differre, quod præferimus de illis ostendo *Christus est homo, Christus est animal rationale*, in quibus est maior difficultas, quam in aliis; Quamvis enim verum sit eandem rem per definitionem, & definitum imponerari, & significari, & quod est sola diversitas in modo concipiendi eandem rem distinctè, vel confusè; adhuc tamen illa claritas, & consensio non fiat tantum in vocibus, nec se tenet tantum ex parte intellectus concipientis, sed etiam ex parte rei conceptæ; quare cum se tenet etiam ex parte obiecti, ideo Scotus *dist. 2. quæst. 1.* inquit definitionem, & definitum esse duos terminos, non solum quoad voces significantes, sed etiam quoad conceptus significatos, & obiectivos; non quod diversitas res explicat, sed quia explicat eandem diversis modis ex parte obiecti se tenentibus, ut ex professo explicat *dist. 1. Logicæ quæst. 4. art. 2. n. 37.* & inde; quod fit, ut in sepe magnus contingat error, ac opinio variat circa rerum definitiones, alius sic, alius verò sic eandem definituribus; unde tandem manifestè deducitur non esse de fide definitionem, est de fide ut definitum, repugnat enim esse de fide identitatem unius cum alio, si ea identitas non est revelata, a quo ex eo, quod reuelatur homo, non reuelatur identitas illius cum animal rationali, sed discursum deducitur ex altera præmissa naturali; ergo non idè discursum animal rationale. Licet ergo verum sit, quod quando datur veritates sol. s. vocibus differunt, tunc sine dubio unà in altera reuelatur, id tamen locum non habet, quando conceptus sunt diversi, ut in definitionibus, & definitis; Quare concludo, quod licet sit de fide, Christum esse hominem, non tamen esse animal rationale, quod verò habet corpus, & animam est de fide, quia habetur ex pluribus Scripturæ locis; illud autem non habetur, quod nempè hominis definitio sit animal rationale, & in adducto difficultate identitas non ostenditur à fide, quia subsistunt una propositio naturalis, cui doctrinæ subscribitur *Arriaga dist. 6. sect. 1.*

Ad alia exempla in argumento allata de hoc infante ritè baptizato, de Petro in peccato originali concepto &c. distinguendum est cum Cardinali de Lugo *dist. 1. sect. 13. num. 299.* nam si loquamur de assensu illo, propter deducto ex præmissa revelata universaliter, & particulari aliunde nota, dicendum est illum non esse assensus fidei, prour ad obiectum conclusionis terminatur, sed theologicum, ob rationem superius assignatam, quia in casu talis discursus variatur motivum formale, non solum ex parte bonitatis illationis, sed etiam ex parte unius præmissæ, quæ non est de fide, & in qua etiam ultimo, sicut intellectus. Loquendo tamen de obiecto illius conclusionis particularis, dicendum videtur posse unam propositam esse ad illud terminari, non quidem per discursum ex universaliter revelata, sed im-

mediare propter divinum testimonium tanquam ad aliquod im-
mediare; & formaliter revelatum à Deo; quia cum coniter
sufficiens hoc individuum esse humanum; & rite baptizatum,
non possumus prudenter formidare, aut dubitare, quod Deus lo-
quens absolute de omnibus infantibus baptizatis, locutus fue-
rit absolute de hoc ergo non solum sub conditione, ut inquit
Ariaga, sed absolute possumus de hoc singulari credere esse ju-
stificatum. Sicut si Petrus habens tres filios dicat omnes tres
filios suos; ego qui bene noveram eius filios, possum
immediate propter eius testimonium credere, singulos in parti-
culari obfisse; non solum sub conditione, si erant eius filii, sed
absolute, quia constat mihi prudenter de singulis, quos ego no-
veram, ipsum fuisse locutum. Similiter ergo possum ego abso-
lute credere, Deum locutum de hoc infante, quem ego scio rite
baptizatum, & deo credere absolute ipsum esse justificatum,
& non solum sub conditione, si Deus de hoc locutus est, eadem
enim est ratio in utroque casu.

339 Tertio Obicitur, quia negans Christum esse risibilem habe-
retur, ut hereticus ergo ad fidem pertinere illud affirmare. Con-
firmatur, quia multa proponuntur nobis ab Ecclesia, quae tan-
quam scimus non esse à Deo revelata, nisi mediante hoc discursu,
quod quidam definitur ab Ecclesia est à Deo revelatum; sed hec
sunt ab Ecclesia definita ergo &c. cuius minor est lumine natu-
rali nota maxime illi, qui Concilium interfuerunt. Demum Fides
potest cum scientia simul concurrere ad eundem assensum verbi
gr. possum eodem actu credere, animam esse immortalem, &
propter motum Fidei, & propter demonstrationem philoso-
phicam, ergo ex eo quod concurrat altera praemissa, quae non fit
de fide, non tollitur quod conclusio credatur ex fide.

Respondetur, illum praesumit Hereticum, quia non praesumi-
tur negare principium evidens naturale, quod homo sit risibilis,
sed principium obscurum revelatum, quod Christus sit homo;
quod non negatur, sed solum hominem esse risibilem, non est
verè hereticus, ut communiter notant Recentiores ad Con-
firmationem, plura habet Lugo *disp. 1. sect. 1. n. 269.* sed bre-
viter dicitur, quod quamvis per eum discursus eas res cognos-
camus esse à Deo revelatas, ac de fide, non tamen sunt de fide
propter talem discursum, neque fides nostra nititur illo discursu,
sed solum iudicium praecedens fidem; ratio verò formalis
afficiendi solum est, quia revelata sunt. Ad ultimum potest
absolute negari assumptum ex dictis *qu. 4. huius disp.* quod si
concedatur distinguendum est consequens cum Lugo est, si alia
praemissa scientiam non concurrant ad supplendum defectum
motivi fidei, quod se solo movere non poterat, sed ad maiorem
abundantiam, concedi potest; Secus si concurrant propter in-
digentiam, quia a motum fidei solum non sufficeret, ut con-
tingit in casu nostro; Et ratio discriminis est, quia in primo ca-
su obiectum conclusionis est revelatum, quare potest illud cre-
dere propter suum motum; at in secundo casu non est revela-
tum, necesse potest praesice, quia revelatum sed propter illud
complexum, quia revelatum est Christum esse hominem, &
aliumque constare hominem esse risibilem; quod complexum
non est motum fidei, sed complexum quoque aliud extraneum.

340 Quarto obicitur, quia assensus conclusionis deducta ex una
praemissa revelata, & altera naturali, est certus, & in evidens
ergo est assensus fidei. Negatur consequentia, non enim quilibet
assensus certus, & obiectus est semper fidei, ad hoc enim ut
aliquid sit obiectum assensus fidei, non sufficit, ut sit verum ob-
jectum, sed debet tamen necessitate esse verum, ut non possit ei
subesse falsum, quod non convenit Theologicae conclusioni;
quia non est tanta certitudo assensus Theologici, quanta est as-
sensus fidei, cum lumine divinum, quod applicat intellectui
motum fidei, sit infallibile, lumen autem naturale, quod applicat
intellectui motum assensus theologici, non sit infallibile
unde ratio sunt de veritatibus Theologicis controversiae, &
qui veritati Theologicae contradixerit, non eo praesice caelestis

341 in fide errare, ut notat Smissich loc. cit.
Quinto tandem, quia habitus Theologiae non distinguitur
ab habitu fidei; ergo assensus conclusionis Theologicae erit as-
sensus fidei, vel ab habitu fidei scilicet, probatur assumptum,
quia non debent sine necessitate habitus multiplicari, at in pro-
posito talis necessitas non cadit, nam vel conclusio illa inferatur
ab utraque praemissa revelata, & tunc cum obiectum pertinet ad
fidem, ut dictum est art. 1. & sufficit habitus fidei, nam quilibet
habitus extenditur ad omnia obiecta materialia, quae possunt at-
tingi propter suum obiectum formale; Si vero conclusio Theo-
logica inferatur ex una praemissa revelata, & altera naturali,
tunc certum est habitus fidei cum habitu naturali, qui versatur
circa praemissam illam naturalem ad elicendum assensum circa
conclusionem, verbi gratia si ex una praemissa de fide, & altera
pertinet ad Philosophiam inferatur conclusio Theologica, habi-
tus fidei, & habitus Philosophiae sufficienter ad assensum il-

lus conclusionis, nam sicut solus habitus fidei sufficit quan-
do utraque praemissa pertinet ad fidem, ita habitus fidei, &
Philosophiae simul sufficienter, quando altera praemissa pertinet
ad fidem, & altera ad Philosophiam.

342 Respondetur, quamvis Vulpes à Recentioribus deceptus *disp.*
29. art. 3. putet in Scoti sententia habitum Theologiae ab habitu
fidei infusa non distingui; longè tamen probabilius est, ac Sco-
to conformius, esse habitum distinctum, ut ab initio articuli di-
ctum est, quia diversum est obiectum formale fidei, & Theo-
logiae, saltem ex parte, & diversitas illa refundit modum valde di-
versum assentiendi, cum assensus Theologicus non credat obie-
ctum suum soli Deo, atque ideo nec lumen firmitate, & supra
omnia, ut credit fides; ergo diversus est habitus fidei, & Theo-
logiae. Tùm quia habitus fidei non habet virtutem efficiendi
praemissas naturales, v. g. homo est risibilis, equus hinnibilis,
& omnes illas, quae possunt cum propositione aliqua de fide
conungi ad inferendam novam veritatem; sine ullo enim fun-
damento extenderetur talis habitus ad omnes veritates natura-
les, quantumvis inter se disparatas, ea praesice ratione, quod
ille possunt conungi in uno syllogismo cum propositione reve-
lata: Addit tamen Ariaga ad efficiendum discursum theo-
logicum non esse necessarium habitum distinctum à fide, & ab al-
tero naturali, qui circa eam praemissam naturalem versatur,
ut bene probat argumentum propositum; si enim fides lupeditat
hanc propositionem, verbi gr. *Christus est homo*, & habitus
scientiae naturalis illam, *Homo est risibilis*, iam sine tercio luppe-
ditatio haberi poterit intellectus inferre, *ergo Christus est risibi-
lis*; hic autem assensus generat novum habitum inclinantem ad
similes actus *Christus est risibilis*.

343 Alii verò volunt Theologiam Scholasticam esse habitum
quendam medium inter fidem, & scientiam, quod videtur esse
de mente Scoti *loc. cit. 3. disp. 24.* dum inquit, quod discursus
ex una praemissa revelata, & altera naturali generat habitum
alium à fide, & sua dicit potest, quia assensus Theologicus est
quidam medium inter assensum scientiae, & fidei divinae, nam
cum scientia habet similitudinem in certitudine, differt verò ab
ea in obscuritate; cum fide divina convenit in motivo, & ob-
scuritate, differt ab ea in certitudine; cum fide verò humana
nec in motivo convenit, nec in certitudine; ergo pariter habi-
tus quidam medium erit inter fidem, & scientiam: Tùm quia etiam
Ariaga ipse concedit illum assensum generare novum habitum,
inclinantem ad similes actus, etiam si dicit non esse ab in-
cessarium habitum à fide distinctum, & ab altero naturali, qui
circa eam naturalem praemissam versatur, ad efficiendum discursum
Theologicum; ergo absolute loquendo Theologia
Scholastica, ut est habitus studii acquisitus, erit habitus quidam
medius inter fidem, & scientiam.

344 Sed adhuc est difficultas, an sit habitus medius essentialiter
distinctus à fide, & scientia, an potius solum accidentaliter.
Faber *sent. disp. 6. c. 1.* hoc fecimus affirmat, nam Theologia
Scholastica (inquit) est sicut praesice propositiones naturaliter
evidentes, quae tamen temperantiam adiungit alteram praemissam
creditam, hinc fit, conclusionem quoque esse creditam, quia
conclusio sequitur semper debiliorem partem; ergo Theo-
logia Scholastica habens annexas multas propositiones Philoso-
phicas essentialiter non differt ab habitu fidei, sed tantum acci-
dentaliter, quoniam ex illa propositione naturaliter nota, &
altera de fide producitur conclusio, quae habet maiorem eviden-
tiam, quam si ambe praemissae essent de fide, non tamen est tanta
certitudo, quae sufficit ad scientiam proprie dictam, quare
concludit Theologiam Viatorum non esse scientiam, sed fidem,
vel habitum tantum accidentem alteri à fide distinctum.

345 Ceterum Conclusionem Theologicam, quae ralem non esse
de fide iam supra probatum est, & late ostendit Smissich *q. 1.*
Probem. n. 16. & inde, quod ipsa experientia constat, nemo enim
Theologorum, iam certum praebet assensum conclusionis
Theologici, ut sic, ac praebet veritatibus fidei; hoc ergo
manifestum signum est ad assensum conclusionis Theologicae
non inclinare lumen fidei, saltem ut motum totale, & ad-
quatum, atque ideo illam non esse fidei creditam: Nec refert,
quod conclusio sequatur debiliorem partem, quae veritas enim
praemissa credita debilius sit altera naturali, quoad evidentiam,
praesentior tamen est quoad certitudinem, & hoc debilius, un-
de quoad obscuritatem sequitur praemissam revelatam, quoad
certitudinem praemissam naturalem, quia ratione dicebamus af-
sensum conclusionis esse quid medium inter assensum fidei, &
scientiae, nam cum scientia habet similitudinem in certitudine,
& differt in obscuritate, & cum fide divina convenit in moti-
vo, & obscuritate, & differt in certitudine.

346 Praesertim ergo dicitur Theologiam esse habitum à fide infusa
distinctum, non tantum, accidentaliter, verum etiam es-
sentialiter, quia nec habent idem omnino motivum, nec eo-
dem modo applicatum, cum lumine divinum, quod applicat intel-

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur quaestio quod primam partem.

intellectui lumen Fidei, sit infallibile; lumen autem naturale,
quod applicat intellectui motum assensus Theologici, non
sit infallibile; diversa autem obiecti applicatio sufficit ad actus
diversificandos secundum speciem, ut patet de cognitione incul-
tiva, & abstractiva eiusdem obiecti.

347 Hic etiam quaeri solet, an assensus conclusionis Theologicae,
& habitus in eum inclinans sit naturalis, vel supernaturalis;
Vulpes *sup. 1. disp. 1. n. 2.* cum aliis Scotistis docet esse supernatu-
ralem, eo quia Scotus *q. 1. Prolog.* Theologiam appellaverit
doctrinam supernaturalem, quod probat quia pro statu isto pos-
sibili intellectus natus est solum moveri ab intellectu agente, &
phantasmate, virtute quorum eiusmodi doctrinam habere non
potest, cum tantum praedicta respiciant sensibilia; cum igitur
eam solum recipiat ab agente primo per revelationem, absolute
dicenda est supernaturalis.

348 Probabilis tamen est assensus conclusionis Theologicae, quae
procedit ex una de fide, & altera naturaliter nota, quae prop-
ter dicitur conclusio Theologica, esse formaliter, & in substantia
naturalis, licet supernaturalis dici possit praesuppositivè, quatenus
supponit aliquam ex praemissis revelatam, quod sensu intel-
ligendus est doctor, cum hanc doctrinam appellat supernatura-
lem, & sic pariter dicendum est de habitu Theologico in talis assen-
sus inclinante. Ratio est, quia deductio illa est, naturali lumine
& assensus conclusionis nititur bonitate illustrationis, tanquam
rationi actus supernaturalis non potest esse falsus, ac assen-
sus conclusionis Theologicae, eo ipso quod nitatur propositioni
naturali, aut solum ex auctoritate communi nota potest esse
falsus, interdum enim propositiones naturales, quae nobis certè
videntur, reipsa solent esse falsae, ergo assensus Theologicus
est praemissis innotens potest esse falsus. Unde Theologi ha-
bentes opiniones naturales contrarias cum eadem praemissa reve-
lata inferunt conclusiones contrarias, quo casu necessario unus
ex illis errat.

349 Dices, assensus ille conclusionis pendet ab una praemissa su-
pernaturali; ergo absolute est supernaturalis, supernaturalis enim
est uno solo capite sufficienter derivatur in effectum. Consi-
derat Scotus *3. d. 35. q. 10.* inquit, quod conclusionibus Theo-
logicis non assentiuntur propter evidentiam, quam habent in seip-
sis ex natura terminorum; sed quatenus virtute revelatae sunt
in suis principijs, & hanc lumen revelationem cognoscimus ex-
presse per deductionem illam.

Respondetur, argumentum potius oppositum concludere, stan-
tem enim communi proloquio, quod conclusio debiliorem sequat
partem, si altera praemissa est naturalis, ut supponitur con-
clusio quoque inde deducta erit naturalis, solum ergo concludit
argumentum, assensum illius conclusionis esse supernaturalem
praesuppositivè, quatenus una praemissa supernaturalem praesup-
ponitur, neque in eo venit rem naturalem in hoc sensu à super-
naturali pendere, quando enim à Theologis contrarium sen-
tentibus oppositè inferunt conclusiones ex eadem praesup-
posita revelata, plures est illas conclusiones, quarum una est
vera, altera falsa, aequum pendere à praemissa supernaturali, &
tamen conclusio falsa non est supernaturalis; potest ergo bene
res naturalis a re supernaturali praesuppositivè pendere.

Ad Conf. Scotus ibi loquitur de conclusione deducta ex ambu-
sus praemissis revelatis, cuius assensum iam diximus art. 1. huius
quae ibi videtur conclusio Theologicae, sed omnino de Fide,
quia ibi virtualiter applicatio per discursum non intervenit, ut ratio
assentiendi conclusioni, sed tanquam pura conditio explicans
revelationem in virtualiter contineri in formalis, at hic est sermo de
conclusionem deducta ex una de fide & altera naturaliter nota, ubi
bonitas illustrationis intervenit, ut ratio assentiendi.

QUESTIO DECIMATERTIA.

An fides sit una, vel multiplex, practica, vel speculativa.

348 Omnis est opinio habitum Fidei esse unicum, quo dicitur
omnes fidei assensus, ac etiam simul esse speculativum
& practicum, quia elicet aliquas cognosciones formaliter specu-
lativas, & alias formaliter practicas; nam tendit in hos actus; pa-
teretur fidei honorandi, Deus est colendus, virtus est preferenda
vicio, qui actus sunt de re practici, quia dirigunt praxim, hoc est,
ostendunt voluntati, quos actus bene possit eligere, & quos
vitare. Deinde tendit in hos actus. Causa Tobie habuit causam
Deus est Trinus, & Unus, Itebra erat super faciem abissi, qui
fuit merè speculativi ex sua natura intrinseca cum nulla pra-
xim dirigant, ita Thomae passim, & Recentiores omnes, qui-
bus ex nostris subscribit Pontius *disp. 27. q. 6.*

349 Resolvitur hoc quaestum Doctor quoad primam partem *3. disp.*
23. quaest. unice. artic. 1. §. secundo de fide infusa, ubi docet ha-
bitum fidei esse unum specie in omnibus, cum eodem in omnibus
nitatur motivo formali, & ait non obitare credulitatem varieta-
tem, nam haec non specificant fidem, nisi ut stant sub auctoritate di-
vina, tanquam sub ratione formali, quae est una in omnibus, sed ut
revelata sunt à Deo, & credit omnia revelata ab ipso, tanquam
vera esse eodem habitu, quo credit revelantem esse veracem;
si enim habeo habitum, quo credo te esse veracem, per eundem
habitum credo haec, quae a te sunt, esse vera, quantumcumque
illa sint diversarum rationum, quia illis in se non assentio, nisi
per accidens, per hoc scilicet, quod assentior veritati tuae,
& ita assentior illis, ut a se sunt: aliter. Ita hic, nam credibili-
bus à Deo revelatis assentior, quia assentior veritati Dei, &
sic fides respicit omnia credibilia, ut à Deo revelata, non autem
sub propriis rationibus; & ideo una fides potest esse de omnibus
credibilibus, quamvis geometricis, & physica, & quantum-
cumque diversa, & alterius rationis, introducerentur haec, tan-
quam credibilia; in omnibus enim esset una ratio credendi, &
credendi esse vera, quia nimirum sunt à Deo revelata; idem re-
perit *3. disp. 23. q. 1. in fine*.

350 Hoc solet probari ex illo ad Ephes. *1. Unus Dominus, una fides,*
unum baptisma, quae auctoritas non satis ad rem videtur, quia
Paulus non agit de habitu fidei, sed de mysterijs ipsis, quae cre-
duntur per habitum fidei, unde eius intentum est docere, unum
esse quod vera fides credit, idem non esse diversa, quae in uno lo-
co creduntur ab his, quae creduntur in alio; unum autem hoc uno,
vel pluribus habitibus haec, non curavit Apostolus ibi; Verum
tamen est ex eo quod ibi docet, nos omnes eodem fidei articu-
lo credere, & propter eandem Deo revelationem, bene inferri
nos omnes eadem specie fide credere. Et ratio est, quam in-
venit Scotus *loc. cit.* quia habitus suam dignitatem unitatem ex
unitate obiecti formalis, sed obiectum formale fidei est unicum,
quamvis obiecta materialia credibilia sint diversa, nempe
veritates Dei, cuiusque revelatio, ergo habitus eadem erit unicus,
qua ratione passim utuntur etiam Thomae.

351 Verum haec ratio, quamvis ab omnibus recepta, non placet
Ariaga *disp. 16. sect. 3.* quia inquit saltem supponere, etiam citò
Dei veritas unica sit etiam numero, revelatio tamen, quae supponit
alterum formale obiectum, non est unica specie, sed valde di-
versa, etiam iudicium supernaturale infusum Angelo, aut Pro-
phetae, quo v. g. Deus dicit *Christus mortuus*, diversum est specie à
iudicio, quo Deus dicit, *Verbum incarnabitur*, cum mors, & In-
carnatio sunt obiecta speciei diversa, ut ex eis non apparetur
esse in revelatione iudicij extremi, & mysterij Trinitatis; Tùm
quia quotquot revelata obiecta differunt specie, tot sunt specie
diverse revelationes, est hinc per locutionem materialem, nam
licet soni ipsi inter se non differant specie, tamen ratione obiecti,
quod representant, procul dubio sunt diverse revelationes, ergo
obiectum formale non est unicum in specie. Nec valet dicere
inquit, illud esse unum specie subalterna, etiam eo sensu omnes
actus virtutum debent habere eundem numero indivisibilem ha-
bitum, quia omnia ea obiecta conveniunt specie subalterna, hoc
est, in ratione boni moralis; ergo de unitate speciei habitus
nihil inferretur ex obiectis.

352 Haec tamen instantia in nostris praesertim principijs nil pro-
fus urget, quia ut dictum est *quaest. 2. huius disp.* Iola Dei vera-
citas proprie loquendo est obiectum formale fidei; revelatio au-
tem est tantum conditio applicans nobis primam veritatem,
ut per eam assentiamur obiecto revelato; unde Doctor *loc. cit.*
assignans rationem unitatis fidei, inquit, quia omnibus credibili-
bus à Deo revelatis quantumcumque diversis assentimur, quia
assentimur veritati Dei; quare diversitas ea physica revelatio-
num se habet omnino materialiter, & per accidens, nam semel
credita veritate, Dei in omnibus dicitur fides; per accidens est
quod hoc, aut illud revelat, eandem enim ubique mereatur fidem;
Unde in hoc sensu etiam Ariaga concedit valere communem il-
lam rationem de unitate speciei obiecti formalis, quando etiam
concedatur revelationem ingredi partialiter rationem forma-
lem obiecti fidei, citò enim fit physica differentia, non tamen
moralis in ordine ad assensum.

353 Sed adhuc remanet difficultas de fide actuali, an sit una, vel
multiplex specie, hoc est, an actus fidei specie differant inter
se; Affirmat Ariaga *disp. 15. sect. 4.* Pontius *disp. 27. quaest. 5.*
Huradus *disp. 56. sect. 1.* Lugo *disp. 8. sect. 1.* & alii, nam aliqui
actus fidei sunt assensus, aliqui dissensus, sed assensus, & dis-
sentus ex ratione sua formalis distinguuntur specie, quia divi-
sio